

co*h*firmata, ut verbo, Priuilegium dicetur.
¶ Tertio notandum est, q*uod* Religiosis aut Monachis do*ct*is, & Presbyterij honore insignitis, non est interdictum baptizare, & predicare. c. Do*ct*os. 16. q. 1. Et licet Euge. c. Placuit. 16. q. 1. Prohibuerit Monachos baptizare, hoc est intelligendum, si faciunt sine licentia Ordinarij, iuxta ea que in Clem*ent*e. i. de Priuileg. notatur. Est autem Monachis, & Religiosis [canonicis etiam regularibus] multis Sacris Canonibus interdictum, ne compatres fiant virorum, vel mulierum, ut dicitur in Concilio Ant^{er}iodor^{es}i c. Monachi. de. Consecra. dist. 4. Et in eodem Concilio dicitur. Non licet Abbatu vel Monacho de Baptismo suscipere filios, nec compatres habere. Ex quo infertur q*uod* in Regula Patris Nostri Francisci solum prohibetur Fratres fiant compatres quo ad eleuationem de fonte Baptismi, ne inter fratres, vel de fratribus scandalum oriatur, forte propter aliquarum Prouinciarum consuetudinem q*uod* bus comune fuit compatres osculari compatres ut tangit glossa predicti cap. Monachi. Inferitur etiam in Baptismo priuato minime Monachos, & precipue fratres Minores posse esse susceptores, nisi in euidenti periculo, &